Fragmentarium

restitue animam meam a
malignitate eorum:
a leonibus unicam meam.
Confitebor tibi in
ecclesia magna: in populo
gravi laudabo te.
Non supergaudeant
mihi qui adversantur
mihi inique: qui oderunt
me gratis et annuunt oculis.
Quoniam mihi quidem paci
fice loquebantur: et in
iracundia terre loquen
tes dolos cogitabant.
Et dilataverunt su
per me os suum: dixe
runt euge euge viderunt
oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas:
domine ne discedas a me.
Exurge et intende iu
dicio meo: deus meus
et dominus meus in
causam meam.
Iudica me secundum ius
ticiam tuam domine
deus meus: et non
supergaudeant mihi.
Non dicant in cor
dibus suis euge eu
ge anime nostre: nec dicant
devorabimus eum.
Erubescant et reve
reantur simul: qui
gratulantur malis meis.
Induantur confusio
ne et reverentia: qui ma
gna loquuntur super me.
Exultent et letentur
qui volunt iusticiam me
am: et dicant semper
magnificetur dominus qui
volunt pacem servi eius.
Et lingua mea me
ditabitur iusticiam tu
am: tota die laudem tuam.
Dixit iniustus Ps xxxiiij.
ut delinquat
in semetipso: non est ti
mor dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in con
spectu eius: ut inveniatur
iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniq

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 139, 1v – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-sbf4/455/6654)